86005

teneri ad respondendum, quandoquidem Delator ad promovendam causam suam
in puncto Bannitionis, praesens non est, petendo se à Termino praesenti libera-
ri, alijs defensis, tum et salva ignorantia asserti processus sibi praecustodita. In
Oppositum partis Actoreae plenipotens, allegavit Delatorem non teneri adesse
Quandoquidem circa Instigatorem Judicij praesentis, qui medietatem Vadiorum
Triplicatorum pro Domino Capitaneo servientium decerni, vigetq Plenipotens
inscriptus comparet, et Delatoris personam utriusq eorum repraesentat, pe-
tendo rejecta exceptione citatorum super ipsis poenam Bannitionis decerni
alijs probationibus salvis praecustoditis. Et Judicium praesens Castrense
Capitaneale Branscense controversijs partium utrarumq Actoreae per Nobi-
lem Matthiam Liszanka citatae verò per Nobilem Albertum Krzynowski
judicialiter factis exauditis et debite intellectis, teneri Delatorem ipsum
ad promovendam causam in puncto Bannitionis adesse adinvenit. A quo
Decreto Actoris Plenipotens ad Judicia Ordinaria Generalia Tribunalis
Regni Lublinensis cui appellationem Judicium hoc idem admisit. Termi-
numq prosequendae et continuandae eiusmodi appellationis in illis Judi-
cijs Tribunalitijs Regni Lublinensibus ab Actu praesenti in sex septima-
nis inter Causas Palatinatus Podlachiae Districtus Branscensis
proxime celebrandis aut dum ex Regestro publico causarum eiusmo-
di ad iudicandum legitime inciderit. Parti utriq peremptorium pa-
vatumq praefixit et conservavit. Juxta propositionem Actorem contro-
versias partium Decretum prolatum appellationem interpositam et causae
istius Omnia Judiciaria Acta.

Kikolski **Dilatio**

In Causa et Actione infrascripta judicialiter vertente inter Instigatorem Judicij
praesentis et ipsius Delatorem Nobilem Petrum olim Jacobi Kikolski Actorem
Et Nobilem Marinam filiam olim Nobilis Joannis Brzoska consortem Nobilis Gre-
gorij Szymbor praesentem maritatam cum mariti ipsius assistentia citatam ad Banniendos
et de Regno Poloniae Dominijsq eidem annexis proscribendorum. Ratione summae
Decem florenorum polonicalium debiti certi eidem Actori per olim Nobilem Joannem
quondam Salomonis parentem ipsius inscriptos non solutionis damni Triginta
Marcis polonicalibus taxato juridice perductis et obtentorum: Citatione ipsa cuius
Copiam sigillatam Ministerialis Generalis Regni Provident Baltazar Protrowski
in bonis Brzoski posuisse et publicasse judicialiter à dualibus integris ante
Terminum praesentem septimanis recognovit. Cle hic latori Hodzerno in Termi-
no eadem ex citatione ad praesens legitime incidente et deveniente. Partibus
ipsis utrisq Actoreae et citatae per se personaliter praesentibus factis exauditis et debite

intellectus. teneri deducere parti citatae processum causae huius advenerit. Tandem parti Actoreae affectanti eandem Dilationem Iuridicam ad producendum processum ad Sequentes Iudiciales terminos dedit et concessit. Termino in eisdem Sequentibus Iudicialibus Terminis parti utrique videlicet Actoreae parti ad satisfaciendum Dilationi suae citatae vero ad attentandum. Idque quod iuris erit decernendum peremptorio et parato praefixo ac conservato. N comparentibus et controvertentibus. Iudicium praesens castrense Capitaneale Branscense controversiis praefatarum partium coram se iudicialiter.

Rzepny **Motio**

Proposuit iudicialiter coram praesenti Castrensi Capitaneali Branscensi Iudicio Instigator Iudicii praesentis suo cum infrascripto Delatore contra infranominatos citatos ex citatione literali Castrensi Branscensi tenoris eiusmodi. Franciscus Ioannes in Kloczew ze Lesznowolski Capitaneus Branscensis ze Dicione Regio et Nostra Capitaneali Authoritate Generosis Nobilibus Alberto olim Pauli Rzepny et Laurentio Wroblewski principalibus Matthiae olim Martini Rzepny Thomae et Iacobo filiis Alberti Rzepny ac Laborioso Iacobo Mowysz subdito praefati Alberti Rzepny facti infrascripti complicibus et cooperatoribus de personis bonisque vestris generaliter omnibus mandamus ut in Terminis iudicialibus in Curia Regia Branscensi feria secunda a posit. et publicare praesentis Citationis proxime celebrandis personaliter ac peremptorie compareatis. Ad instantiam Instigatoris Iudicii et eiusdem Delatoris Nobilis Matthiae olim Catharii Rzepny qui vobis et praesertim subditum cum assistentia praefati Domini citat pro eo quia Vos Terrium Castrensem Branscensem iuxta constitutionem profundatis eius descriptam ab Actu Decreti in sex septimanis proximius non subeuntis et per spatium Unius Anni ac sex septimanas in fundo Turris sine intermissione non continuastis nec explevistis ratione huius quia vos ommisso Timore Dei et dilectione proximi procul abiecta paenas legum Regni contra voluntarios homicidas et tyrannicas trucidatores hominum insontium severe sancitas non metuendo olim Nobilem Bartholomaeum filium praefati Actoris per inflictionem vulnerum enormium lethalium a quibus convalescere non potuit et mortem oppetere coactus est prout protestatio cum processu et Decretis latior est non continuastis et non explevistis, igitur paenam infamiae succubuistis. ad quam decernendam et eandem publicandam citamini. Iudicialiter sitis ad praemissa respensuri.